

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iuramentum e
cum fonte primo

Homines falsum iurant uel cum fallunt uel cum falluntur. Aut putat homo uerum esse quod falsum est et temere iurat, aut scit uel putat falsum esse et tamen pro uero iurat et nichilominus cum scelere iurat.

Augustinus de uerbis apostoli.

Homines enim falsum iurant, vel cum fallunt, vel cum falluntur. Aut enim putat homo uerum esse quod falsum est, et temere iurat: aut scit vel putat falsum esse, et tamen pro uero iurat, et nichilominus cum scelere iurat.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 180, 2 (PL 38, col.973).